

1497.

1306 d. 10 Mars.

ORMOLFS, INGEMUNDS och öfriga arfvingars efter Arnvid i Bredaryd förpantningsbref på Hamra till Nydala kloster, för 60 mark penningar af de 80 mark, som Arnvid i testamente ditgift, sedan Abboten Johannes esterskänkt 20 mark.

A. 3. x.

Omnibus presens scriptum cernentibus, ORMOLPHUS et INGIMUNDUS Ceterique heredes domini arnvidi de breþa rydh salutem et cognoscere veritatem, Quoniam dominus johannes abbas Noue vallis ad instanciam multorum nobilium de octaginta marchis suo monasterio ex parte nominati predilecti fratris nostri quondam domini arnvidi Testamentaliter collatis nobis viginti marchas denariorum indulgebat, presentibus dominis Thordone preposito et Gunnone de rýzbý Nec non vddone dicto skalgha et Ærlændo kroknæf et Petro brun, ac alijs multis fide dignis promittimus fide prestita corporali. quod in prompta pecunia, Pecoribus et alijs bonis rebus wlgariter dictis bopænninga, predicto domino abbati et suo conuentui cum gracia- rum accione integraliter debemus persoluere sexaginta marchas denariorum ad vltimum septimana post festum proximum sancti Michaelis, Protestantes quod Cum omnibus mobilibus et immobilibus Curia in hambrum supradictis monachis remanet impignorata sicut in testamento continetur donec predicta summa totaliter fuerit persoluta. In cuius rei testimonium quia sigilla propria non habuimus Omnes in littera superius nominatos rogauimus presentem litteram sigillare, Datum anno domini M° CCC° sexto, quinta feria ante mediam quadragesimam.

Sigillen N:o 1 borta, 2, 4, 5 söndriga, 3 oskadadt.

1498.

1306 d. 11 Mars.

Bergen.

Biskoparne ERLANDS och ARNES samt DOMKAPITLET i Bergen vidimation af Grefve Jacobs bref om Halland, med beskrifning på Grefvens derunder befintliga större sigill.

L. f. 68.

Universis præsentis litteras inspecturis ERLENDUS Dei gracia Episcopus Farenensis, ARNAS eadem gracia Episcopus Bergensis ac CAPITULUM ejusdem Ecclesiæ Bergensis salutem in domino sempiternam. Noverint universi nos vidisse et diligenter perlegisse literas domini Jacobi comitis, non rasas non abolitas, nec in aliquo sui parte viciatas de verbo ad verbum infra scriptum tenorem continentes, sub majori sigillo dicti domini comitis cujus sigilli super scripcio hoc est, quod in superiore parte est quidam Leopardus quasi gra-

gradiens positus ex transverso et desubtus Leopardum est campus continens sparsos flores qui dicuntur Söblad. Omnibus &c. *Se föreg. N:o 1458.*

In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Bergis in vigilia beati Gregorii Pape anno domini M CCC.VI.

1499.

1306 d. 7 April.

Opslo.

Konung HÅKANS i Norrige, uppå jordägares i Viken anförda besvär öfver arrendatorernas tredskande, att årliga arrendet enligt gammal plägsed och Vikens gamla lagbok erläggas, gifna förordnande, att det skall, vid en marks böter enligt lag, årligen före Jul erläggas.

L. h. IV: 418.

HACON Dei gratia. Notum sit vobis, proprietarios Vikenses nobis questos esse, prædiorum conductores annuam mercedem detrectare, quam mos priscus et antiquus Codex Vikensis imperat. Nos itaque per omne Gulense territorium firmiter ordinavimus, consentientibus optimatibus, qui præsto erant, ut mercedes ex nostris, Ecclesiæ privatorumque prædiis, quotannis ante festum Christi Natale solvantur, sub multa unius marcæ, ex tenore legum. Mandamus insuper Nomophylacibus, ut secundum horum tenorem post hanc diem jus dicant; sub ira et offensa nostra, si quis hæc ullo modo violaverit. Osloæ, die Jovis in hebdomada paschali, anno regni nostri octavo, qui est Christi 1306.

1500.

1306 d. 17 April.

Roskild.

Biskopen i Roskilds OLOFS vidimation af en Påfven Innocentius IV:s Bulla, hvilken Munken Bo från Nydala företett.

A. 1. a 19 *).

Omnibus presentes litteras inspecturis ¹⁾ - OLAUUS - diuina miseracione Episcopus Roskildensis salutem in domino sempiternam - Vobis vniuersis et singulis Tenore presencium intimamus quod religiosus uir frater Boecius monachus Monasterij Noueallis Cysterciensis ordinis - lincopensis dyoscesis - in nostra presenciam constitutus - quasdam litteras apostolicas uera bulla et filo serico bullatas - coram nobis exhibuit et pupplicauit - non uiciatas, non

*) En annan finnes, A. 1 a. 18, hvarifrån sigillet bortfallit, men röda, hvita och gröna silkes-trådarne äro kvar. Den har följande 2:ne olikheter:

1) uisuris uel auditoris.

Sv. Diplom. II.